

terminus si medio multiplicetur. fiens xii. Et si maximo multiplicetur. fiens xxviii. Medius uero terminus. maximo numero sitate augeatur. fiens xxviii. Rursus minimus terminus se ipso concreseat. fiens viiij. Eodemq; modo medius. fiens xvj. Senarius uero qui est maximus. si se ipse multiplicet. xxxvi. reddet; haec igitur in ordinem disponantur. xxxvi. xxviii. xvi. xii. viiij. Sunt igitur diatesseron consonantiam resonantes. xxviii ad xviii. & xii ad viiij. Diapente uero. xviii ad xii. & xxviii ad xvi. & xxxvi ad xxviii. Tripla autem. quae est diapason & diapente. xxxvi ad xii. Quadrupla uero. quae est bis diapason. xxxvi ad viiij. Epogdous uero qui tertius est. xviii ad xvi. ^{si se octo uel septimo} comparatione seruetur.

QUEM AD MODUM IN DUOS TERMINOS SUPER DICTA MEDITATES VICISSI LOCENTUR

Solent autem duo termini dari proponiq; ut inter eos nunc quidem arithmetica. nunc uero geometrica. nunc harmonica medietatem ponamus. De quibus in arithmetica eis quoque diximus. Ad eam nunc nunc diu breuiter explicem. Si arithmetica medietas quaerit. datorum terminorum uidenda. differentia. eaque diuidenda. ac minori termino adicienda. Sint enim x & xl. alteriusque termini constituta. Horumque medietas. secundum arithmetica proportionalitatem quaeratur. Differentiam prius utrorumque respicio. quae est xxx; hanc diuido. fiunt xv. hanc minori termino id est denario appono. fiunt xxx. Si igitur hic inter xl ac x. medius collocetur. fit arithmetica proportionalitas hoc modo. x. xxx. xl. Item inter eos de terminos. medietate geometrica colloceamus. Extremos propria numerositate multiplico. ut x in xl. fiunt cccc. horum trigonale latus assumo. fiunt xx; uicisem xx. efficiunt cccc; hos igitur xx medios inter x ac xl sic colloceam. fit geometrica medietas. subiecta descriptione formata.

x	xx	xl
---	----	----

 Si uero harmonica medietate quaeram. sibi in seipsis copulam extremos. ut x & xl. fiunt l. eorum differentiam. quae est xxx. in minori termino multiplicamus scilicet in denarium. ut fiant decies xxx. quae ccc; hos secundum l. partamur. fiunt vi. Quos cum minori termino addiderimus. redduntur xvi; hanc igitur numerum.

x	xvi	xl
---	-----	----

 medium colloceam. Harmonica proportionalitas expeditur.

DE CONSONANTIARUM MERITO UT EMODO. SECUNDUM NICHOMACHUM

Sed de his hactenus. Nunc illud addendum uideatur. quem admodum pythagorici probant consonantias musicas. in praedictis proportionibus inueniri; Inquire scilicet eis pholomeus non uideatur assensus. de quo paulo posterius dicemus; haec enim penenda est maxime eorum prima. sua uisq; consonantia. cuius propriam medietatem.